Gratia cum omnibus uobis. ut nec dni nec nostri in libris
feratur authenticis; in commune itaque scis atque creden
tibus. tito & ceteris qui cum eo erant inprecatur gratia. &
quomodo isaac patriarcha benedixit filium suum iacob.
& ipse iacob duodecim patriarchas. apostoli quoque ingre
dientes domum dicebant. pax huic domui. & si digna erat do
mus. requiescebat pax eorum super eam. Si uero se exhibebat
indignam. reuertebatur ad eos qui eam fuerant inprecati. ita
& nunc in fine epistolae suae apostls gratia credentibus im
precatur; quae cum uoto habebat effectum. & erat in potesta
te credentium. si talem se benedictus. qualem benedicens prae
bere uoluisset. amen EXPL AD TITUM

INCIPIT EXPLANATIO HIERONIMI PRBI
IN EPISTULA AD PHILEMONEM

QUI NOLUNT INTER EPISTOLAS PAULI
eam recipere. quae ad philimonem scribitur.
aiunt non semper aptm nec omnia xpo in se loquen
te dixisse. quia neque humana inbecillitas unum
tenorem sci spi ferre potuiss& neque huius corpusculi ne
cessitates sub praesentia semper dni complerentur. uelut dis
ponere prandium cibum capere esurire satiari ingesta di
gerere exhausta complere. taceo de ceteris quae exquisite

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dbk_cod58/0303